Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

quorum numero pie putatur aggregatus indubitanter per
tuam beatitudinem et omnium ecclesie romane principum
et patrum decretum solemniter declarari. et publice pnuciari
vt moris existit. et sacri canones et patrum decreta et con
suetudines requirunt. ac laudabiles cermonie a spiritu sa
cto vt pie creditur reuelate. ¶ Rudolphus quondam dux austri
e dux primus omnium apud sede memorie innocentium
huius nominis pontificem sertum instanciam fecit. atque ab
eo impetrauit de fratrum consilio committi generalem in
quisitionem super vita et miraculis eiusdem pij leopoldi:
quondam archiepiscopo pragensi: et episcopo olmuncensi:
ac abbati sancte crucis. diocesis pataulensis. de quorum discre
tione plenam in domino fiduciam gerebat. vt saltem duo
illorum in locis de quibus expedire vidissent. veritate sup
his per eos diligenciius inquisitam. iuxta formam in
litteris apostolicis inclusam. fideliter in scriptis redige
rent. et per litras ipsorum sub sigillis proprijs plenam rei
seriem continentibus per nuncios idoneos ad sedem ap
stolicam destinarent. vt per generalem inquisitionem
huiusmodi ad laudem diuini nominis. et honorem ac
firmamentum catholice fidei. et fidelium populorum cons
lationem. actus eius domino dirigente securius procedo
valeret. ¶ Considerauit namque idem innocencius. quam
grandis sibi et ecclesie militanti materia gaudij et exul
tationis offeretur. cum de nouo perciperet terrenos mi
lites sic in eorum vita triumphasse de vicijs. et tenuisse cu
virtutibus principatum. cum eos de mundi conflictibus
ad celestem militiam euocatos. exercituum dominus ful
gorem sic triumphantis ecclesie nouis sanctorum splendori
bus semper adaugens. suamque per eos maxime gloriam
et misericordiam manifestans. gloriosis facit in terris
coruscare miraculis. vt eorum merita cum veneratione debita
recolantur. cristique fideles per illa perseuerent in fide con
stancius. et eorum ad sectanda vestigia. et imploranda pat
ronia ferucntius animentur. ¶ et precipue in beati leopol
di quondam austrie marchionis. pietate. generis nobi
litate preclari. ac spe superne glorie in hoc seculo altissi
mo militans. sic superauit vicia. virtutes excoluit. dilexit